

eius Legatos, aut ipsorum auctoritate, & mandato, seu per locorum ordinarios, vel alios pro tempore impositorum non teneantur, tamen ut ipsi desiderabant, pro majori eorum quiete, receptionem, subjectionem, & exemptionem predictas, ac singulas desuper concessas literas, cum omnibus, & singulis in eis contentis clausulis, auctoritate Apostolica ex certa scientia per suas literas approbavit, ac perpetua, & inviolabilis firmitatis robur obtinere decrevit. Et nihilominus pro potiori cautela, Monasteria, loca, membra, & bona omnia hujusmodi, tunc presentia, & futura, Abbates, Abbatias, Monachos, Moniales, vassallos, subditos, & servientes prefatos, tunc & pro tempore existentes, auctoritate, & scientia similibus sub Beati Petri, & sua protectione suscepit, & ab omni jurisdictione, superioritate, correctione, visitatione, dominio, & potestate Archiepiscoporum, Episcoporum, & aliorum Judicum ordinariorum, eorumque Vicariorum, & Officialium quorumcumque, necnon a solutione subsidiorum etiam charitativorum, procurationum, collectarum, & aliarum exactationum hujusmodi pro tempore imponendorum perpetuo prorsus exemit, & totaliter liberavit, ac eidem Innocentio Prædecessori, & Sedi immediate subiecit, ita quod Archiepiscopi, Episcopi, Judices Ordinarii, Vicarii, & Officiales prefati, etiam ratione delicti, aut contractus, vel rei, de qua ageretur, ubicumque committeretur delictum, iniretur contractus, aut res ipsa consisteret, nullam in eos, aut eorum aliquem, seu Monasteria, loca, membra, & bona predicta, tanquam prorsus exemptos, & exempta jurisdictionem, correctionem, superioritatem, dominium, vel potestatem exercere, aut excommunicationis, suspensionis, & interdicti, seu quavis alias sententias, censuras, & poenas Ecclesiasticas promulgare presumerent, aut possent, vel deberent quoquo modo, nec ipsi sic excepti coram illis, aut ejusdem Sedis delegatis, vel subdelegatis, nisi in literis eis pro tempore directis de Innocentii Prædecessoris, literis hujusmodi specialis, specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum mentio fieret, ad iudicium evocari, aut quovis modo, directe, vel indirecte molestari possent, vel deberent. Decernens omnes, & singulos processus, sententias, censuras, & poenas, quos, & quas per Archiepiscopos, Episcopos, Judices Ordinarios, Vicarios, & Officiales predictos, seu eorum aliquem contra Abbates, & alios exemptos, Monasteria, & loca hujusmodi etiam exempta, ut prefertur, haberi, & promulgari, necnon quicquid secus super his, ab eis, vel alio quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter attentari contingeret, irrita, & inania, nulliusque roboris, vel momenti, prout in singulis literis predictis plenius continetur.

§.5. Cum autem sicut charissimus in Christo filius noster Carolus Romanorum,

Rex, in Imperatorem electus Illustris, qui etiam Castellæ, & Legionis Rex, ac Militiæ de Alcantara dicti Ordinis perpetuus Administrator per Sedem prædictam deputatus existit, tam suo, quam dilectorum filiorum universonum Priorum, Præceptorum, Commendatorum nuncupatorum, Militum, Fratrum, & aliarum personarum dictæ Militiæ nominibus nobis nuper exponi fecit, licet Magister pro tempore existens, ac omnes, & singuli Priores, Præceptores, Milites, & Fratres Militiæ hujusmodi ejusdem Ordinis professores existant, & sub eadem Regula militent, & vivant, nihilominus quia in literis Honorii, Martini, Sixti, & Innocentii Prædecessorum hujusmodi de dicta Militia, & illius Personis, Monasteriis, Domibus, Præceptoribus, alias Commendariis nuncupatis, & locis specialis mentio facta non extitit, a nonnullis asseratur, Magistrum, seu Administratorem pro tempore existentes, Priores, Præceptores, Milites, Fratres, & Personas, mandato, susceptione, exemptione, liberatione, & decretis prædictis, ac aliis Privilegiis, necnon Indulgentiis, etiam spiritualibus, ac peccatorum remissionibus eidem Ordini, & illius Abbatibus, Monachis, & Personis, necnon virorum, & Mulierum Monasteriis, Prioratibus, & locis, per Sedem prædictam, concessis, uti, potiri, & gaudere non posse; præfatus Carolus Rex, & Administrator, dictis nominibus, nobis humiliter supplicari fecit, ut Magistro, seu Administratori, Prioribus, Præceptoribus, Militibus, Fratribus, & aliis Personis pro tempore existent. Militiæ hujusmodi, cuius etiam clara memoria Ferdinandus Aragonum, & Sicilia Rex, ad cuius supplicationem nonnulla desuper concesseramus, dum viveret perpetuus Administrator, per Sedem eandem deputatus existebat, eorumque vassallis, & servitoribus, ac Monasteriis, Domibus, & aliis locis, quod hujusmodi inhibitione, mandato, susceptione, exemptione, liberatione, & decretis, ac aliis privilegiis, immunitatibus, concessionibus, gratiis, & indultis, ac Indulgentiis, & peccatorum remissionibus Ordini, ac illius Abbatibus, Prioribus, Monachis, & personis, necnon Monasteriis, Prioratibus, & locis prædictis, ac eorum Ecclesiis concessis gaudere possint, perpetuo concedere, ac alias in præmissis opportune providere, de benignitate Apostolica dignaremur.

§.6. Nos igitur, qui Religiosarum personarum quarumlibet præsertim sub regularibus Militiis pro defensione Christianæ fidei insudantium felici successu, indemnitati, & quieti, quantum cum Deo possumus, libenter consulimus, Priores, Præceptores, Milites, Fratres, & personas prefatos, ac eorum singulos a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effe-

Et quoniam Carolus Imperator Administrator Militiæ de Alcantara Ordinis Cisterciensis exponit Pontifici, quod licet Milites ipsi vivant sub Regula Cisterciensis tamen revocatur in dubium an ipsi privilegis Ordinis Cisterciensis gaudere debeant, cum in illis speciali ter nominati non fuerint.

Hic modo Pontifex declarat eos dictis indulgentiis gaudere.

effectum presentium dumtaxat consequendum, harum ferie absolven, & absolutos fore censens. hujusmodi supplicationibus inclinati eidem Magistro, seu Administratori pro tempore existenti Prioribus, Præceptoribus, Militibus, Fratribus, & aliis personis, dictæ Militiæ, illorumque vassallis, & servitoribus, etiam pro tempore existentibus, ac ejusdem Militiæ virorum, & Mulierum Monasteriis, Domibus, & locis aliis, ac in districtu eorum, & dominio ipsius Militiæ consistentibus Ecclesiis, presentibus, & futuris, ut de cetero perpetuis futuris temporibus inhibitione, mandato, susceptione, exemptione, liberatione, subiectione, & decretis, ac literis prædictis, & aliis in eidem literis contentis, necnon omnibus, & singulis privilegiis, concessionibus, immunitatibus, gratiis, & indultis, ac indulgentiis etiam spiritualibus, & temporalibus, ac peccatorum remissionibus dicti Ordini, illiusque Abbatibus, Prioribus, Monachis, & Personis, necnon virorum, & Mulierum Monasteriis, Prioratibus, & locis, ac illorum Ecclesiis per Sedem prædictam, & alias quomodolibet in genere concessis hætenus, & in posterum similiter in genere concedendis, perinde ac si etiam Militiæ ac illius Magistro, seu Administratori, Præceptoribus, Militibus, Prioribus, Fratribus, & aliis personis, ac eorum vassallis, & servitoribus, necnon Monasteriis, Domibus, & locis, eorumque, ac in ipsius Militiæ districtu, seu dominio consistentibus Ecclesiis hujusmodi specialiter indulta, & concessa fuissent, uti, potiri, gaudere, libere, & licite valeant.

§.7. Necnon omnibus utriusque sexus Christianis fidelibus qui Monasteriorum ejusdem Militiæ, presentium, & futurorum ac in ipsius districtu, & dominio pro tempore consistentibus, Ecclesias devote visitaverint, ac pro mantentione Monasteriorum, & Ecclesiarum hujusmodi, manus adjuvantes porrexerint, & alia in literis indulgentiarum Cisterciensis Ordini concessis, & concedendis hujusmodi contenta, juxta tenorem illarum adimpleverint, ut illas indulgentias, & peccatorum remissiones, quas consequuntur visitantes Ecclesias Monasteriorum, & aliorum locorum Cisterciensis Ordinis hujusmodi, pro quibus indulgentia, & peccatorum remissiones prædictæ concessæ reperiantur, & concedantur, ut præfertur, consequantur, auctoritate Apostolica tenore presentium, de speciali gratia concedimus, & pariter indulgemus. Decernentes irritum, & inane, quicquid super præmissis, aut eorum aliquo contra Magistrum, seu Administratorem, Priores, Præceptores, Milites, fratres, personas, vassallos, servitores, ac Monasteria, domos, & loca, necnon privilegia, concessionibus, & indulta prædicta, & in eis, vel eorum aliquo contenta a quoquam quavis auctoritate fungen, seu funduro, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.8. Non obstantibus præmissis, ac

Et etiam indulgentiis, ad quos revocata sunt indulgentiis pro quibus porrigenda sunt manus adjuvantes a Pio.

Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon Ordinis, & Militiæ prædictorum juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, stabilitatis, usibus, & naturis, ac quibusvis aliis privilegiis, ac indultis Apostolicis Ordinum Cisterciensis hujusmodi sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis efficacissimis, insolitis, etiam derogatoriis derogatoriis, clausulis irritantibus, quam etiam decretis aliis etiam iteratis vicibus, concessis, & confirmatis, quibus quatenus obitent, etiam si de eis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, vel individua, & expressa mentio habenda, aut aliqua exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, & forma in illis tradita observata, inserti forent, presentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, necnon omnibus illis, quæ dicti Honorii, Martini, Sixti, & Innocentii Prædecessores, in præfatis eorum literis voluerunt non ob stare, ac quacumque consuetudine introducta, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.9. Ceterum quia difficile foret &c. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo vigesimo primo, decimo Kal. Julii, Pont. nostri Anno nono.

Fides tra: simpliciorum.

Dat. P. An. 91 3 Junii.

L. I.

Henricus Octavus Rex Angliæ, titulo Defensoris Christianæ Fidei donatur, quod contra Martinum Lutherum, ejusque, & aliorum hereses, scripsit; Et ipsos hereticos, eorumque sequaces, persequi proficitur.

LEO EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Carissimo in Christo filio Henrico Angliæ Regi Illustri, Fidei defensori, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

EX supernæ dispositionis arbitrio, licet imparibus meritis, universalis Ecclesiæ regimini præfidentes, ad hoc cordis nostri longe lateque diffundimus cogitatus, ut fides Catholica, sine qua nemo proficit ad salutem, continuum suscipiat incrementum, & ut ea, quæ pro cohibendis conatibus illam deprimere, aut pravis mendacibusque commentis pervertere, & denigrare molientium sana Christianis fidelium præsertim dignitate regali fulgentium doctrina sunt disposita, continuis proficiant incrementis, partes nostri ministerii, & operam impendimus efficaces. Et sicut alii Romani Pontifices Prædecessores nostri Catho-

Procedunt.

Catholicos Principes, prout rerum, & temporum qualitas exigebat: specialibus favoribus prosequi consueverant, illos prefertim, qui procellosis temporibus, & rabida schismaticorum, & haeticorum feruente perfidia, non solum in fidei serenitate, & deuotione illibata Sacrosanctae Rom. Ecclesiae immobiles perstiterunt, verum etiam tamquam ipsius Ecclesiae legitimi filii, ac fortissimi athletae schismaticorum, & haeticorum infanis furoribus spiritualiter, & temporaliter se opposuerunt: ita etiam nos Majestatem tuam, propter excellentiam, & immortalia eius erga nos, & hanc sanctam Sedem, in qua permissione diuina, sedemus, opera, & gesta, condignis ac immortalibus praconis, & laudibus efferre desideramus, & ea sibi concedere, propter quae inuigilare debeat a grege dominico lupos arcere, & putrida membra, quae mysticum Christi corpus inficiunt, ferro, & materiali gladio abscindere, & nutantium corda fidelium in fidei soliditate confirmare.

Henricus I. hunc scripsit contra Luchera, & hinc Pontifici misit ejus a promotionem petenti.

§.1. Sane cum nuper dilectus filius Joannes Clerk Majestatis tuae apud nos Orator in Concitorio nostro coram venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, & compluribus aliis Romanae Curiae Praelatis, librum, quem Majestas tua caritate, quae omnia sedulo, & nihil perperam agit, fideique Catholicae zelo accensa, ac deuotionis erga nos, & hanc Sanctam Sedem feruore inflammata, contra errores diversorum haeticorum sepius ab hac Sanctae Sede damnatos, nuperque per Martium Lutherum suscitatos, & innovatos, tamquam nobile, ac salutare quoddam antidotum composuit, nobis examinandum, & deinde auctoritate nostra approbandum obtulisset, ac luculenta oratione sua exposuisset Majestatem tuam paratam, ac dispositam esse, ut quemadmodum veris rationibus, & irrefragabilibus sacrae scripture, ac sanctorum Patrum auctoritatibus notorios errores ejusdem Martini confutauerat: etiam omnes eos sequi, ac defendere praesumentes, totius regni sui viribus, & armis persequatur, nosque ejus libri admirabilem quamdam, & coelestis gratiae rore conspersam doctrinam, diligenter, accurateque introspexissemus, Omnipotenti Deo, a quo omne datum optimum, & omne donum perfectum est, immensas gratias egimus, qui optimam, & ad omne bonum inclinatum mentem tuam inspirare, eique tantam gratiam superne infundere dignatus fuit, ut ea scriberes, quibus sanctam ejus fidem, contra novum errorum damnatorum hujusmodi suscitatore defenderes, ac reliquos Reges, & Principes Christianos tuo exemplo invitares, ut ipsi etiam orthodoxae, fidei, & evangelicae veritati in periculum, & discrimen adductae omni ope sua adesse, opportuneque favere vellent.

Qui illum approbat.

§.2. Aequum autem esse censentes, eos, qui pro fidei Christi hujusmodi defensione pios labores susceperunt, omni laude, & honore afficere, volentes non solum ea,

quae Majestas tua contra eundem Lutherum abiolutissima doctrina, nec minori eloquentia scripsit, condignis laudibus extollere, ac magnificare, auctoritateque nostra approbare, & confirmare.

§.3. Sed etiam Majestatem ipsam tuam tali honore ac titulo decorare, ut nostris, perpetuis futuris temporibus Christifideles omnes intelligant, quam gratum, acceptumque nobis fuerit Majestatis tuae munus, hoc praesertim tempore nobis oblatum. Nos qui Petri, quem Christus in caelum ascensus Vicarium suum in terris reliquit, & cui curam gregis sui commisit, veri successores sumus, & in hac sancta Sede, a qua omnes dignitates, ac tituli emanant, sedemus: habita super his cum eisdem fratribus nostris, matura deliberatione, de eorum unanimi consilio, & assensu Majestati tuae titulum hunc, videlicet Fidei defensorem donare decreuimus: prout te tali titulo pro praesentibus insignimus, mandantes omnibus Christifidelibus, ut Majestatem tuam hoc titulo nominent, & cum ad eam scribent, post dictionem Regi, adjungant Fidei defensori. Et profectio hujus tituli excellentia, & dignitate, ac singularibus meritis tuis diligenter perpensis, & consideratis, nullum neque dignius, neque Majestati tuae convenientius nomen excogitare potuissimus. Quod quotiens audies, aut leges, totiens propriae virtutis, optimique meriti tui recordaberis, nec hujusmodi titulo intumesces, vel in superbiam elevaberis, sed solita tua prudentia humilior, & in fide Christi, ac deuotione hujus sanctae Sedis, a qua exaltatus fueris, fortior, & constantior evades, ac in Domino bonorum omnium largitore letaberis, perpetuum hoc, & immortale gloriae tuae monumentum posteris tuis relinqueris: illisque viam ostendere, ut si tali titulo, ipsi quoque insigniri optabunt, talia etiam opera efficerent, praerantque Majestatis tuae vestigia sequi studeant.

Titulum Defensoris fidei illi donat.

§.4. Quam, prout de nobis, & dicta Sede optime merita est, una cum uxore, & filiis, ac omnibus, qui a te, & ab illis nascuntur, nostra benedictione, in nomine illius, a quo illam concedendi potestas nobis data est, larga, & libera manu benedicentes, Altissimum illum, qui dixit per me Reges regnant, & Principes imperant, & in cujus manu corda sunt Regum, rogamus, & obsecramus, ut eam in suo sancto proposito confirmet, ejusque deuotionem multiplicet, ac praerantis pro sancta fide gestis ita illustret, ac toti Orbi terrarum conspicuam reddat, & judicium quod de ipsa fecimus, eam tam insigni titulo decorantes, a nemine falsum, aut vanum iudicari possit, demum mortalium hujus vitae finito curriculo, sempiternae illius gloriae consortium, atque participem reddat.

Eidem Conjugi, & filiis benedicat.

Nulli ergo &c.  
Dat Romae apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo vigesimo primo, v. idus Octob. Pont. nostri Anno IX.

Sanctio Penalis. Dat. P. An. 9. 11. Octob.

I N D E X

NOMINUM ET RERUM PRÆCIPUARUM.

Numerus Paginam indicat. A. primam columnam. B. secundam designant.

A

**A**bbreviatores Literarum Apostol. 165. b. *A*pio II. Instituti. 166. a. Extincti a Paulo II. restituta eis pecunia. Ibid. Eorum Collegium a Sixto IV. innovatum. 166. b. Data eis Leges. Ibid. Concessa Privilegia. 167. b. Sunt perpetui Papae Familiares. Ibid. Eis ampliata Privilegia. 412. b. & seqq.  
*A*egidiana Constitutiones quomodo observandae. 162. a.  
*A*emonien. Ecclesia Parentine unita. 10. a.  
*A*eneas Silvius Piccolomineus Summus Pontifex creatus. 91. b. *Quae* pro Concilio Basileensi scripserat contra Eugenium IV. infringit, & revocatur. 101. a. *Suadere*, vel disputare prohibet Jesu Christi Sanguinem in triduo Passonis a Divinitate fuisse divinum vel non. 116. a.  
*B.* Albertus Patriarcha Hierosolymitanus Fratribus Carmelitis Regulam tradit. 3. b.  
*B.* Albertus de Drepano. 146. a. Beatorum honoribus a Callisto PP. III. cumulatus. Ibid.  
*A*lexander VI. 225. b. *Fiam* Alexandrinam dirigit prope Plateam S. Petri de Urbe. 244. a.  
*A*lexander Ep. Foroliviensis Ap. Sedis Nuncius in Germania. 496. a. *Confraternitatem* Rosarii Colonia innovatam approbat. Ibid.  
*A*lexandra de Alphanis Ordinem S. Joannis Hierosolymitani prope Florentiam fundat. 178. a. *Hic* Ordo a Sixto IV. supprimitur. Ibid.  
*Alphonsus* Archiep. Toletanus. 171. a. *Constituitur* Inquisitor contra Propositiones Petri de Osma. Ibid. *Eas* hereticas esse declarat. 171. b. *Eidem* commissum contra impenitentes procedere. 172. a.  
*S. Ambrosii* Fratres sub una Congregatione redacti. 34. b.  
*S. Ambrosii* ad nomen Monasterium, quod toti Congregationi dat nomen, ejusdem caput constitutum. 35. a. *Prioris*, & *Visitatorum* officium quale. 35. b. *Privilegia* ei concessa. 36. a.  
*Amedeus Sabaudiae Dux* factus Pseudo-Papa. 1. b. *Male* adeptam dignitatem abdicat. Ibid.  
*Amedeus Berrutus* Governator Urbis Romae. 401. a.  
*Andreas* Legatus Patriarchae Jacobitarum ad Concilium Florentinum. 37. b.  
*Animam esse mortalem* in hominibus asserentes tamquam heretici puniendi. 393. a.  
*Antonius* Archiep. Florentinus. 196. a. *Ei* commissa unio Monasteriorum Ordinis Vallis Umbrosa in unam Congregationem. Ibid.  
*Antonius* Episcopus Senensis creatur Archiep. 96. b.  
*Antonius Galeaz Bentivolus* Sedis Ap. Notarius. 261. b.  
*Appellatio a Rom. Pontifice ad futurum Concilium plurima* parit mala. 97. b. *Damnata*. Ibid.  
*Agnus Dei*. Vide Ceres.  
*Armeni cum Rom. Ecclesia* uniti. 28. a.  
*Auditoris Camerae Apostolicae* Jurisdictio qualis. 206. b.  
*333. b.* *Causas Criminales* Curialium cognoscit per Locumtinentes. 207. a. *Alias* autem causas per se ipsum. Ibid.  
*Auditors Rotae Romanae ad numerum duo denarium* reduci. 132. b. *Examinandi* a Vice-Cancellario. 123. a. *Eorum officia vacant* per promotionem ad Ecclesias Cathedralis, vel Metropolitanas. 205. b. 206. a. *Jurisdictio* & facultates in causis cognoscendis. 218. b. *Litterae Apostolicae* eis expedienda gratis. 369. b.

B

**B**aniti ab Urbe minas pro habenda pace offensi intentantes penis coerciti. 220. a. *Penis* Homicidarum plebendi. 270. a.  
*Barones status Ecclesiastici Territoria a Banitis non cassodientes* penis subiecti. 259. b. & 464. b. *Dama* qui patiuntur, contra eosdem Barones actionem habent. 464. b.  
*Bartholomaeus Galeo* Italici in Turcas Exercitus Dux constituitur. 124. a.  
*Basileense Concilium Ferrarium* translatum. 19. a. *Statuta* in eo edita circa electionem Rom. Pontificis. 55. a.  
*S. Basilii Monachi Graeci* Provinciarum Siciliae, Calabriae, & Apuliae Romae celebrant Capitulum. 51. b. *Statuta* in illo edita. Ibid. *Visitatorum* facultas. 52. b.  
*Bellum sacrum* contra Turcas indictum a Paulo II. 121. b.  
*Beneficia Concistorialia* quomodo impetranda. 471. b.  
*S. Bernardi* Congregatio Ordinis Cisterciensis in Italia instituta. 240. a. *Præsidentis* data auctoritas. 240. b. & 324. b. *Capitulum* singulis annis cogendum. Ibid. & 323. b. *Ceterae* Constitutiones. 241. a. & seqq. & 323. b. & seqq.  
*B. Bernardinus* Senensis. 64. a. *Virtutibus*, & miraculis clarus. 65. a. b. & 107. a. *In* Sanctorum numerum relictus. 66. b.  
*B. Bonaventura* ex Ordine Minorum Conventualium, & S. R. E. Cardinalis. 182. b. *Præcipua* ejus gesta. 183. b. *Miracula*. 184. a. *SS. Canonis* adscribitur. 184. b.  
*Bonifacius VIII.* *Jubilaeum* Universale pro quolibet centesimo anno instituit. 128. b.  
*Bonifacius IX.* *Festum* Visitationis B. M. V. instituit. 67. b.  
*Bononiensis* Civitatis Privilegia 226. a. *Quae* ad ejus regimen spectant a Legato cum consensu Magistratus persci debent. Ibid. *Capitula* inter Legatos, & Governatores ejusdem Civitatis inter confirmantur. 261. a. *Causarum* Deciso iuxta statuta ejusdem Civitatis facienda. 321. b. & 322. b.  
*Britannia* noveta Ecclesis Cathedralibus clara. 98. b.

C

**C**alatrava Militia. 305. a. *Leges* pro ejusdem indeminatate. 305. a. *Portio* fructuum Beneficiorum hujus Militiae quomodo expendenda. 305. b. *Privilegia* Ordinis Cisterciensis ei communicata. 306. b.  
*Camaldulenses* Religiosos ejusdemque Ordinis possunt recipere. 11. b. *In* unam Congregationem redacti. 353. b. *Statuta* pro bono regimine ejusdem. 354. a. & seqq.  
*Camera Apostolica* Clerici septem constituti. 20. b. *Supra* hunc numerum aggregandi emolumentorum sunt expertes. Ibid. *A* Consultationibus se debent abstinere. 74. a. *Statuta* ab eis edita confirmat Eugen. IV. 48. b. & 456. a. *Item* Callistus III. 74. b. *Theobaldus*, & Clerici de numero veri sunt Papae Familiares. 75. a. & 132. a. *Expeditiones* pro eis, eorumque Nepotibus, & Familiaribus faciendae gratis. 132. a. *Causas* interesse Camerae importantes summarie cognoscere possunt. 203. a. & 455. a. & seqq. *Nonnullarum Terrarum* status Ecclesiastici gubernium eis concessum. 257. a. *Locustatus* Ecclesiastici quotannis debent visitare. 271. a. & 455. b. *In* Contractibus Rerum Cameralium participare nequeunt. 273. b. *Statuta* nonnulla firmant. 457. a. & seqq.